

Burgundia, vulgo *Autun*) Episcopos nullatenus lebafavit proprii Regis sive gratia, sive metus; in hac enim Synodo Philippus communione fidelium excisus fuit, anno 1094.

2. Cum vero Rex nihilo feci in contumacia persisteret, ipse denum Pontifex Urbanus in Galliam profectus alterum universale Concilium Claromonte apud Arvernus coegit, in quo ducenti quinque Antilles confederunt, summo presidente Pontifice. In hoc turfus Philippus cum sua pellice Bertrada excommunicatus est anno 1095, ut testantur Bertholdus, Willm Malmesburiensis, & Sigibertus. Ipso vero Regna Bertha jam e vivis procul a Regia excellerat, ut liquet ex Chronico Conobii Sancti Petri, Diocesis Senonensis, eisdem temporibus conscripto a Clario Monacho.

3. In Claromontano Concilio Urbanus Pontifex Christianos ad sacram in Palestina expeditionem mirifice adhortatus est, Petri Eremita Galli, qui ex Palestina urgenda rei causa venerat, oratione commotus. Quo Clasico excitatus Occidens numerosissimos ad eam militiam fudit exercitus. Eo quippe in Concilio penitentia omnes sacra ejus belli expeditione committente sunt; Episcopis & Proceribus injunctum onus populos subjectos ad id bellum graviter exhortandi, arumnas omnes longa profectio & militia futuras in cumulatum noxarum omnium expiationem, & mortem, si contingat, cessaram in Martyrii gloriam. Inducita bellorum inter Christianos ad plures annos composite. Receptis a terrarum Principibus militantium personis & bonis, donec a facta expeditione reversi essent, ne quis item intentare, aut facultates absentium invadere aut vindicare praetuleret sub excommunicationis eo ipso incurriende pena, qua non ante relaxari possit, quam ablatu restuantur, & de illatis damnis congruere factis.

4. Hac eadem in Synodo confirmatum fuit jus Primatus Archiepiscopo Lugdunensi supra quatuor Provincias, tam in Metropolitanis earum, quam in suffraganeis, scilicet in Lugdunensem, Rothomagensem, Senonensem, & Turonensem; qua de re decreto extat Urbani ad superius memoratum Hugo nem Archiepiscopum Lugdunensem, qua auctoritate tum ipse, tum ejus futuri successores potueri sint.

5. Rem observata dignam refert Urbanus Papa in tertio sermone, quem habuit in Concilio Claromontano: *Negre equidem (ait) in Ecclesia Ierosolymitana Deus hoc annuatim pretermittit facere miraculum, cum in diebus Paefiorum sue extintis omnibus, & in Sepulcro, & in Ecclesia circum circa luminibus, jubare divino lampades extintae reaccenduntur.* Guibertus quoque Abbas Nonnatus, qui iidem temporibus vixit, testatur reliquit, Philipum initio regni complures strumis moribus solo contactu curasse; sed itud amissis Coronæ Franciæ ad auxum privilegium, neque posthac, dum vivit, recuperare, ex quo mores illius per luxuriam & incestuosos Bertrada amores in detersus versunt. Sed nunc Claromontani Canones discutiendi.

6. Can. II. *Quicunque pro sola devotione, non pro honoris vel pecunia aeditione, ad liberandum Ecclesiam Dei Jerusalēm profectus fuerit, iter illud pro omni penitentia reputetur.*

Olim quidem Poenitentibus interdicta erat militia, ut fidem facit Sirticus Papa epist. ad Himericum Tarracensem Episcopum cap. 5. sanctusque Papa Leo Magnus epist. 92. ad Rusticum Narbonensem Episcopum cap. 12. qua est 2. editionis Quiescianæ. Veruntamen apud Claromontanos Patres & infecuta Concilia, nec non apud supremam Apostolicam Sedem tanti habita fuit in Orientem expeditione, ad liberandos eorum partium praesertim Palestina Christianos a Mahometanorum impiorum tyrannide; prateraque innumera clades, arumnæ, labores, & expense, quæ tam longiorum excursionem & militiam comitabantur, poenitentiarum usu receptarum severitatem longo intervallo excedere vise sunt, ut ex communitate abundantius poenis omnibus canonici quavis sceleris posset expiare.

7. Can. IV. *Nec aliquis Clericus arma deferat.* Et Apostolus, 2. Cor. 10. *In carne ambulantes non secundum carnem militamus: nam arma militie nostra non carnalia sunt, sed potentia Deo ad destructionem munitionum.*

Et sub Carolo Magno Capitulare Aquisgranense cap. 70. *Omni modo dicendum est Presbyteris & Diaconibus, ut arma non portent, sed confidant magis in defensione Dei quam in armis.* Et Concilium Cloveshovice in Anglia sub Zacharia Papa ann. Chr. 747. *Interdicimus servis Dei, ut pompaico habitu, vel sago, vel armis utantur.*

tur. Et Concilium Buvense in Hungaria presidente Philippo Legato Apostolico sub Nicolao Papa VII. anno Chr. 1079. celebratum, can. 11. *Districte præcipimus, ne Sacerdotes, vel Clerici in quouis Ordine constituti, gladium vel cutellum, quod vulgariter dicitur bord, portent, nisi eis manifesti timoris causa ingrererit, nec tunc absque licentia Prelatorum portent.*

Can. IX. *Ut nullus Sacerdos, aut Diaconus, aut Subdiaconus, sed & nullus qui Canoniam (hoc est Beneficium Ecclesiasticum) habet, fornicationis sibi copulam adjungat. Quod si fecerit, a Canonica omnino arceatur.*

Can. XI. *Ut nulli filii concubinarum ad Ordines, vel aliquos honores Ecclesiasticos promoveantur, nisi monachiter, vel canonice vixerint in Ecclesia.*

Hic est defectus natalium, de quo videndum cap. 1. de fil. presbyt.

8. Can. XII. *Ut nulli Clericorum licet deinceps in civitatibus duabus duas prebendas obtinere, cum duos titulos non possit habere.*

Vide superius Concilii Nican I. can. 15. Maxime cum illius temporibus nulla prebenda sine ministeris esset, quibus simul, prefecitum duobus in vicem distantibus locis, satisficeri non poterat.

9. Can. XIII. *Ut omnis Clericus ad eum titulum, ad quem primum ordinatus est, semper ordinetur.*

Cavetur Nicenæ prioris Synodi can. 15. ne Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus in alteram transferatur Ecclesiam. Concilium Chalcedonense prohibet can. 6. nullum Clericum absolute ordinari, sed sumul ministerio alicuius Ecclesie, vel pagi, vel monasterii designati, & aliter ordinatis exercitum seu usum suscepimus. Ordinum interdictum. Meminit Augustinus epist. 240. & 241. ad Severum Episcopum, docetque senel ordinatum etiam in minoribus clericis, qualis erat Ordo Lectorum, non modo alligari cuiquam destinata ab Antistite ordinante Ecclesia, sed & jurejurando profiteri se inde injusso Ordinantis ejusque successoris Episcopi nunquam discessurum: nec posse alterum qualemcumque alienum Episcopum absque priori venia clericum illum sibi asserre, aut ulteriores Ordines eidem conferre.

Can. XIV. *Ut nullus deinceps in una Ecclesia geminos honores habeat.*

10. Can. XVI. *Interdilectum est, ne Reges, vel alii Principes aliquam Investituram de Ecclesiasticis honoribus faciant.*

Synodus Græcorum VIII. Ecclæsia sub Hadriano secundo Pontifice, occasione Ignatii sanctissimi Constantinopolis Patriarchæ, folio ab Imperatore Michaeli, suadente avunculo Barda, deturbati, & Photii in idem Patriarchale folium introuit, can. 22. Anastasiana editioonis anathematæ ferit quoscumque laicos Principes, & quoscumque Optimates, qui proprie potestatis abusu quemcumque citra canonicas & liberam electionem ad aliquam Episcopatum promoverint. Idem instauratus est canon anno 1080. in Concilio Romano aduersus Henricum IV. Imperatorem can. 1. & 2. quo eodem Concilio abrogatum est eidem Henrico Imperium, & in Rodulphum Suevia Ducem translatum.

Can. XVIII. *Ut nullus Presbyter capellanus alicuius laici esse possit absque concessione sui Episcopi. Ut nullus Princeps Cappellanus habeat, nisi quem sibi Episcopus suus, aut Archidiaconus procuratorem anima delectum constituit.*

11. Can. XIX. *Ne laici decimam partem de laboribus suis retineant.*

Nota est vulgaris decimalum divisio in prædiales & personales, de quibus canon iste 9. & c. ad audientiam, & c. ad Apostolicam, & c. pastoralis, de decimalis; atque mixtas, ut sunt fetus animalium, c. non est, eod. titul. & c. quicunque, & c. omnes decimalia, 16. quæst. 7.

12. Can. XXVIII. *Ne quis communicet de Altari, nisi Corpus separatum & Sanguinem similiiter sumat, nisi per necessitatem, & per sanctam.*

Præceptum istud sub utraque specie communicandi Ecclesia haud multo post revocavit gravissimis adducta causis, & omnibus Missam actu non celebrantibus usum Calicis interdictum. Videri potest inferius eam in rem Calicis

Con-

Constantiensis Concilii sessio 12. Potest etiam Canon iste Claromontanus intelligi, ut prohibens servari ulterioris consuetudinem communicandi uno eodemque actu utramque Sacramenti speciem de coeleti, per quod intinctus Christi Sanguine panis Eucharisticus singulis exhibetur ore sumendus. Concilium Bracarense quantum anno Christi 675. can. 1. eos dannat, qui Eucharistiam vino madidam credunt populis porrigendam. Micrologus Gregorio Papaæ VIII. στύχος. Non est authenticum (inquit cap. 29.) quod quidam Corpus Domini intinctum pro complemento communionis popule distribuunt. Namordo Romanus contradicit. Qui usus institutionis Christi repugnat, qui seorsim Corpus suum & Sanguinem discipulis in Cena distribuit, nec alii intinctum panem dedit quam Jude pro indicio proditoris. Usus porto utramque speciem commiscendi frequentatur etiam nunc a Gracis jam inde a multis saeculis. Humbertus enim Sylvæ Candide Cardinalis Episcopus, Leone Papa nono ad Constantium Monomachum Imperatorem Græcorum missus anno 1054. Nicetas Piætatis Abbatis, disputatione Constantinopoli cum eo habita, obiect peccari a Gracis non in contra ritum a Christo institutum. Et sane Græcorum ille ritus non erat ab antiqua Græcanica Ecclesia institutione:

ECCLESIAE DUODECIMI SÆCULI HISTORICA SYNOPSIS.

Henricus tertius Imperator, a quo fuit Romana Ecclesia sedissime lacerata, qui summus Pontifices continuo bellis infestatus est, qui Antipapas obtrusit, Cadaloum Parmensem pseudo-episcopum aduersus Alexandrum secundum Pontificem; deinde Guibertum Ravennæ Archiepiscopum aduersus Gregorium VII. Victorem III. Urbanum II. & Paschalum II. diversis tribus abreptus, nunc Ecclesiæ implacabilis hostis, nunc adversus urgentibus pœnitentes & reconciliatus, deinde in deteriora lapsus multoties anathematibus fulguratus, perpetuas in caput suum calamitates sua pertinaci nequitia accerivit. Anno 1076. Gregorius ei facrum communionem interdit, Saxones & Suevi in Henricum rebellarent, Principes Germani ab illo desciverunt, Concilium Episcoporum, & Principum apud Tributianum convenit, communis conspiratione regnum illi abrogarunt. Henrici asceclæ illo despecto certatim diversis itineribus in Italiam contendunt, ut veniam ad Gregorio humiliiter implorarent. Inseque Henricus rebus suis desperatis derelictus & omnibus iniis Canisium advenit Comitis Matildis arcam, qua se Gregorius inclut, & hyeme asperma inter duos, quibus arx circumdabatur, muros, nudis pedibus in habitat pœnitentis triduo usque ad vesperam impatus sui ad Pontificem admissionem expectavit, qui tandem admisum nexibus excommunicationis absolvit. Sed iniquitudo anni sua instaurata factione, adjunctis sibi Romanis proceribus, aduersus Pontificem infolectiæ assuetis, in pristinos relapsus mores, resumptaque in Gregorium bello, sacris iterum est interdictus. Interim Germani ab Henrico deficiunt, & Rodulfum, Suevia Ducem, Regem eligunt, qui Henricum acis vicuum in fugam conjectit; alteroque commiso prælio iterum fugavit; sed dum fugientibus acris instat, perimitur anno 1080. relicta penes suos victoria. Caſtoliſi rufus Principes Hermanno Lotharingo Regnum deferunt. Ad postremum Henrici ipsius filius, nonnius ejusdem, fivezezio animatus Ecclesia tuenda, five Regni exclusionem ob paternam impietatem reformans, arma in Patrem movet, spoliatus Imperio: qui profugis & privatim ad fortem redactus, Leodi inquietum & infelicem vitam finit ann. 1106. hec referunt Bertholdus, Otho Frifengensis, Marianus Scotus.

2. Violento & sacrilegio patri haud melior successit proles Henricus Regum Germania quintus, & Imperator quartus. Ita initio profulus summan erga Romanam Seden veneracionem & observantiam, cum universa Germania in patrem rebellaret, eundem armis est infectatus; Cunque anno 1105. conventus generalis Episcoporum & Procerorum Germaniarum, præsidentibus Legatis Summi Pontificis Paschali secundi, celebratur apud Moguntiam, Henricus senior extorris, & omnibus invisis, se palam Imperio abdicavit, ejusque insignia in manus filii, iam ab omnibus in Regem suscepit, & Paschalis in Campaniam secessit, Episcopi & Cardinales Roma seorsim convenientes confirmarunt, quæ Gregorio VII. & Urbano secundo contra profectas a

se ita dimiserat, mox fuga dilapsus Leodium venit, ubi benignè per commiserationem receptus, litteras scripsit patentes & commonitorias, inscriptas ad Regem Celarum, quas ubique disseminarunt curavit, in quibus de ingrato & perdibili filio conqueritur, & de Paschali Pontifice, quem criminator rebellionis suafore & belli injustissimi incitentem. Qui etiam usus Paschali absenta, qui tunc Beneventi degebat, quemdam pseudo-abbatem de Farsa in Romanam Cathedram intrusit, quia a plebe ignominiose dejectus est. Ipse vero Henricus Divina ultiō repentina morte post renovatum schismæ impunitens corrut, cum calitum simul & mortalium omnium execratione. Laodienſis porro schismaticus Episcopus, qui occulit abque exquisi corpus ejus in quadam monasterio mandaverat seipſi, non potuit in Ecclesiæ communionem restituī, quam supplex impetrare conabatur, nisi postquam effossum cadaver extumulavit, quod inde Spiram delatum, in sarcophago lapideo loco profano conclusum fuit.

3. Anno salutis humanæ 1110. Henricus junior, Germania Rex, post premissam insignem legationem ad Paschalem Papam, qua sacrarum dignitatum investitur renunciabat, aeternaque fidem & subjectionem supradicta Sedi spondebat, rogabat etiam, se ab eodem Imperatore consecrari. His pactis utrumque conventis, Italianum cum ingenti exercitu petiit: annoque Chr. 1111. pridie Idus Februario extra urbem a Principibus viris & populo exceptus, in porta vero a Clericis, ad superioris autem sancti Petri gradus a Paschali Papa, cuius primum osculatus est pedes, deinde post amplexus mutuos, Ecclesiæ simul ingressi sunt. Cumque Pontifex Henricum de adimplendis conventionibus, & speciatim de renunciando investituris Ecclesiærū sollicitaret, iste non tantum hæc renuit adimplere, sed Pontificem alter coronare reculans, cum Cardinalibus captiū sub militi custodia detinuit sexaginta & uno diebus apud quoddam in Sabinijs Castrum, conatus multis miliebus & arumnis ejus labefactare constantiam in tuendis Ecclesiæ iuribus. Ceterum propositum Pontificis ab iis ipsiis, qui ei adhæbant, reliquorum captiōrum calamitatibus, & urbis ab exercitu Henrici gravissimis periculis, & schismate nunquam aliter defituro, suorum tandem lacrymis victimus, juramento promisit, nunquam se Henricum excommunicaturum, & quæcumque ab ipso profecturas investituras toleraturum; eadem qui cum Papa detinebant reliqui Episcopi & Cardinales, jurare compulsi sunt. Deinde extortum a Paschali scripto signato & sigillato privilegium fuit, ut Henricus (canonice tamen & citra simoniam aut vim) electus regni sui Abbates & Episcopos per annum & virginem investiret, atque ut elekti non aliter quam prævia investitura regia consecrarentur. Post hæc captiuus in libertatem eductis, Henricus a Paschali coronatus & inunctus est. Sed postquam Henricus cum suis abscessit, & Paschalis in Campaniam secessit, Episcopi & Cardinales Roma seorsim convenientes confirmarunt, quæ Gregorio VII. & Urbano secundo contra profectas a

Capituli, Notitia Ecclesiastica.